



**Sermones prestantissimi viri Ro||berti de Litio: ordinis
Minoru[m] sacre theologie professo||ris: pontificis
Aquinati**

Caracciolo, Roberto

Lugd., Anno d[omi]ni. M.ccccxiiij. vi. no.Maij.

De iudicijs dei: [et] q[ua]re a multis vilipe[n]dunt[ur]: [et] quomo[do] vicina
esse cognoscunt[ur] [et] quomodo euitantur. Sermo. ij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70607](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70607)

De timore iudiciorum. Sermo II

catissime iuuenis: o fili dei altissimi cur ista pateris: cur tanto dolore concuteris: Et respondebit tibi prius. Nec oia patior vt patri meo p pccō humani generis satisfaciā. Hoc est qd Esa. dixit. liij. Vulneratus est ppter iniquitates nras: et attritus est ppter scelera nra. Disciplina pacis nre sup eū: cuius liore sanati sumus. et Petrus. s. epla. c. ij. Pccā nostra ipse ptulit in corpore suo sup lignū vt pccis mortui iusticie viuamus: cuius liore sanati sumus. O quantus timeret subditus regis cū certitudine: sciret se in eius fore odio ac displicentia. Semper pauidus esset ac nimio terrore correptus tacitus cogitaret. O qd cōtra me rex erit facturū. Deu me: displicui sibi: odiū in me iecit suū. Quāto magis tu infelix anima timere debes dū mente recogitas: q regē regū offendi. Et pauesce et cōtemisce: q iniquitates tuas si te nō correxeris puniet.

Qz potētie dei nullus resistere pōt.



Etia qd est in deo: quare timendus est potētia dī: Diximus in quadagesimali de pnia: in sermone de omnipotentia dei: qualiter ipsi dño celoz nulla creatura angelica vel humana resistere pōt. Apparebit etiā hoc i sequentibus cū in particulari de iudicijs eius verba faciemus.

Qz iusticia est in deo: qua etiā in presenti sepentimero punit malos.



Tertius qd est in deo: quare timere oēs illū tenent est iusticia: de qua insuper est dictum diffuse in sermonibus de iusticia dei in quadagesimali de pnia. Nūc vō id scire sufficiat: qz in generali iudicio oīa sūt mala puniēda: tñ frequētius multa in hoc seculo puniunt: vt ostendatur qd deus iustus iudex cōcidit ceruices pccōz. Necesse est ergo vt pccōibz duris dicamus id ps. vñ. Nisi cōuersi fueritis: gladium suū vibrauit: arcū tetēdit et parauit illū qz venit hora iudicij ei. A quo nos mi-

sericorditer liberet qui est bñdictus i secula seculoz. Amen.

Q De diuinis iudicijs et flagellis: que a stultis pccōibus nō timent. Sermo. ij.



Uriora saxis

humana corda plepe vident esse: q nullo dei timore terrent: neqz pccā deponere studēt. Infirma manēt in fecibus suis et deū celi illis cōminantem cōtemnūt: itcirco ad excitandas aīas inertes: vt ausu temerario desposito timeāt deū: in pñti ser. de timore dei in generali dicemus: Aidebimusqz de illo tria mysteria principalia.

Primū dī vilipensionis.

Secūm cognitionis.

Tertiū euitationis.

Qz quare hoīes nō timēt immo ptenūt iudicia dei. Cap. s.



Aliis est multorum cōditio: vt dei iudicia spernāt atqz derisdeāt. Qd quidē rōne quadruplici facere cognoscunt.

Prima dī incredulitatis.

Secūda lōganimitatis.

Tertia apparētis bonitatis.

Quarta mūdane pspertatis.

Qz multi nō credunt q dicunt de iudicijs dei.



Primo nō timēt dei iudicia ppter incredulitatē: qz cum narrant aut legunt: nolunt excecari pccōres fides pstore dictis: qz male libēter quis acceptat qd nolet: immo ptrariū: sū illud Gen. in. s. tragedia. Qd nimis miseri volūt hoc facile credūt. Sic euenit tēpore diluuij: de quo paulo inferius tractabimus. Nūc vō voluit gens illa peritura Noe arcā fabricātī dare fidē. Sic accidit Balthasar regi babylonis: de q dicit Nico. de ly. sup. v. c. Daniel: q cum publice diceret regnū eius debere pstare vsqz ad finē captiuitatis iudeoz: de qua pdixerat Dieremias Diere. xxiij. c. s. qz septuaginta annis erat duratu

De timore iudiciorum.

ra: deridebat oēs. Et cum sibi diceret quod exercitus darij et Lyri validissimus veniebat contra eum: negligebat. punitio nem contra venientes. Dum vero obsessa esset babilon fecit grande convivium et celebrissimum optimatibus suis: et in contempum bibebat in vasis templi que asportauerat nabuchodonosor. Et sic vacans epulis vidit manum scribentem in pariete. Mane: Zethel: Phares. Aduocato autem Daniele interpretatus est visionem dicens Dani. v. Mane: numeravit deus regnum tuum: et compleuit illud Zethel: appesus es in statera: et inuentus es minus habens Phares: diuisum est regnum tuum: et datum est medijs et persis. Cum autem hoc audisset: hunc honorasset Danielem: tunc stabat in pertinacia sensus sui. Quare eadem nocte babilon capta fuit: et Balthasar interfectus ac iugulatus. De ista euatione babilonis dicit Orosius li. ij. Babilon eo tempore a Lyro rege subuersa quo primum roma tarquinijs dominacione liberata est. Si quidem sub vna eademque conuenientia temporum illa cecidit: ista surrexit: et quasi moriens dimisit hereditatem.

Quod deus longanimis est et patiens: tunc ad longum iudicat impenitentes.



Secundo non timentur dei iudicia propter dei patientiam et longanimitatem. Autem nonque patientes celi. Tandem sustinuit nos deus: et nunc nec aliter faciet. De his Augu. li. iij. de doctrina christiana sic loquitur: Plerosque incredulos miserationis dei patientia longa peccare facit intrepidus: quod deum non arbitrantur suorum peccatorum ultores. Hieronymus libranda sunt illa verba Valerij li. s. de neglecta religione. Lento etenim gradu ad sui vindictam diuina preedit iraranditatemque supplicij grauitate copescat. Et Viero. in comento super Viere. inquit: Quanto maior est numerus temporum quibus obliuiscimur deum tanto maior est pena peccati quod nec longitudine seculorum potuerit edomari.

Quod multa bona opera sunt secundum non propter deum.



Ertio non timent iudicia dei propter apparentem bonitatem. Sicut quicquid aliquid bona simulata: non propter deum: sed ad concupiscentiam hominum. Et ad id missis usurarij liberos in manibus detentos: sodomites: fornicatores: et alij filii frequenter diuina non ut honorent deum: sed ut boni viri esse videantur. Quicquid autem suum predicatores et inspirate deo per bonam gratie dare: ad talia pagoda ducunt tunc gratia peccata non relinquunt: et persuadent sibi ex quo operantur aliquid boni: tunc eis non esse. Quibus ego dico: quod si deus aliquandiu retardat suam propter hominum bona: veruntamen nisi sequatur vera et realis emendatio: tandem ad sua iudicia sepeuero manum extendet.

Quod multi confidunt in prosperitate: et tamen ex prospero sepe flagellantur a deo.



Quarto non timent iudicia dei propter mundanam prosperitatem. In qua quidem velut ebrius in factu putat se esse deos in dimittitque in robore corporis gloria: sed licet ipse arbitrans facere quod velint. In quibus ut dicit Seneca in tragedijs: prosperum ac felix seelus virtus vocatur. Confidunt in vanitate sua: et de sua virtute ac talibus bonis plumbunt et gloriunt. Contra quos dicit Seneca in tragedijs. Nemo confidat nimium seclis. et idem ad Lucil. Noli huic tranquillitati perfidere. Memento mare cernit et eodem die ubi insierunt nauigia sorbent. Vinc. Eia. et in ciuitati affluenti prosperitate et non timere dei ait: Audi hec delicata: et habitas confideter: quod dicas in corde tuo: ego sum et non est preter me amplius. Non sedebis vi dua: et ignorabo sterilitatem. Veniet tibi hec duo subito in die vno: sterilitas: et viduitas. O quot ciuitatibus ex improviso superuenit ira dei. Et ut omittamus reliqua: inspiciamus quod factum est per inopinatos terremotus. Accepi oia quod sequuntur: ex quibus chronica ricobaldi ferrariensis.

Ro. Regnare Zigrane i Syria terremoto
 in facto perire hoim septuaginta milia:
 vires aliqae subuerse. Anno. v. Tiberij
 tredecim vires in Asia cecidere terremo
 tu coeussit. Imperare Nerone tres i asia
 vires terremoto corruere. Anno. viij.
 Vespasiani tres vires terremoto ceci
 dere. Anno. viij. Traiani Nicei & Nico
 demia corruerunt. Anno eiusde. xvj. An
 tiochia pene tota corruit terremoto.
 Imperante Diocletiano terremoto fa
 cto apud Lirā & Sydonē milia milia
 hoim pere. Epe Cōstāntini. ij. terremoto
 in oriente plurimas vires solo stravit.
 Nō oīa & singula explicari pōtū qbus
 appetit q̄terribilis & formidāda est de
 tera dei oīpotētis: q̄ i momēto pfundit
 oīm supbiā hoim: nō semp timēdus est.
 Quibus signis debemus verisimili
 ter estimare quando iudicia dei sunt p
 pinqua. Cap. ij.

Item scrutabilia sunt iudicia
 dei: & nostrū nō sic cognosce
 re p̄p̄a & momēta: q̄ in sua po
 sita sunt p̄tate: nihilominus
 p̄ signa q̄dā cognoscere possum: q̄n ti
 mēdū est ne in breui veniāt sup nos ma
 la. Nec p̄sumptuosum est ita loq̄: aut te
 nere. q̄nquidē ipse dñs iesus bñdictus
 Mat. xxiij. & Lu. xxi. dixit: Ab arbo
 re autē sici discite parabolā: cū videritis
 q̄ ramus eius tener fuerit: & folia nata
 scitis q̄ p̄p̄e est estas. Quare i hac p̄e
 notabimus quatuor signa: p̄ q̄ scire de
 bemus q̄n timēdū sit: ne de primo nos
 pulsent iudicia & flagella dei.

Prīmū dī magnitudo.

Secūm multitudo.

Tertiū cōsuetudo.

Quartū p̄p̄ritudo.

Quā cū committunt grauiā pctā prima
 sunt iudicia dei.

Prīmū signū quo cognoscunt in
 primovetura iudicia dei dī ma
 gnitudo pctōz. Qñ. s. sunt pctā
 horēda grauiā siue nefanda. Nec tenē
 da est opinio sp̄icoy: de q̄b̄ dicit Eho.
 i. q. lxxij. ar. ij. q̄ volebāt oīs pctā esse

paria. Quinimmo s̄m diuersitatē quā
 litatē cīrccūstantiarū vnus alio grauius
 iudicat. ff. de penis. l. aut facta. Sūt er
 go oīs pctā mortalia grauiā: quēdā tñ
 ceteris grauiora: sicut sunt simonie: p̄o
 phanationes sacrorum locorum: irue
 rentia diuini cultus: filicidia: sacrilegia
 adulteria: incestus: sodomitie: blasphemie
 periuria: crudelitates: violētie: rapine:
 vsure: odia: liuores: rācores: fraudes: de
 ceptiones: p̄ditiones: & similia.

Quā multitudine peccantium deus iu
 dicat populos:



Ecundū signū quo cognoscū
 tur in proximo dei iudiciavē
 tura dicitur multitudo pec
 cantium. Quando enim pec
 cata grauiā cōmittunt a paucis: adhuc
 equanimiter suffert deus. Sed si a mul
 tis perpetrant nō diu cōtinebit manus
 suā. Eho. & iterum vbe nobis: q̄ nos su
 mus in quos fines seculoy deuenerunt
 in quibus cōplet dictū ps. xij. Dñs de
 clinauerūt s̄l inutiles facti sunt: nō est
 q̄ faciat bonū: nō est vsq̄ ad vñū. Rora
 inq̄t Hiero. aduersus Vigilantiū virū
 est nec a plurib̄ appetit. & Quis. lib. ij.
 de p̄to ait: Nec facile multis iuuenes
 milibus vnus. Virtutē p̄aj q̄ putet esse
 sui. O q̄ exiguus est numerus seruētūz
 deo in veritate. O quāta est seq̄la diabo
 li: O quot discipulos iā h̄z antixps: Nō
 est v̄itas: nō est bonitas in filiis hoim.
 Descēdētibus ab vniuersalibus ad par
 ticularia iubet Plato quiescere.

Quā cōsuetudo & p̄seuerantia in pctis p
 uocat deum ad iram.



Ertiū signū quo timēda sūt
 in primo v̄etura iudicia dei
 dicitur p̄suetudo: q̄n. s. pctā
 grauiā a multis cōmissa: cō
 suetudine: & longa p̄seue
 rantia in cordibus populoy leuiā facta
 sunt. Defendunt nāq̄ multi pctā sua: &
 excusant p̄suetudinē allegantes: nō ad
 uertētes oīm doc. Inias: q̄ firmiter asse
 uerāt q̄ p̄suetudo nec excusat: nec alle
 uat pctā: immo aggrauat & adauget.

De timore iudiciorum.

Quare dist. viij. c. mala. dr: Mala consuetudo non minus q̄ pernicioſa cor-
ruptelavitāda est. Et ibi in. c. veritate.
Veritate manifesta cedat cōsuetudine rati-
onem et veritati p̄ponat: q̄ cōsuetudinē
ratio et veritas semp excellit: als exclu-
dit. Et eadem dist. c. cōsuetudinē. Usus
qui veritati est p̄rarius abolēdus est.
Et in. c. qui contēpta. Eū xps vritas sit
magis veritatē q̄ cōsuetudinē sequi
debemus. Et in. c. cōsuetudo. Cōsuetu-
do sine veritate vetustas erroris est. Pro-
pter quod relicto errore sequamur veri-
tatem. Et ex de consue. c. ad nostrā. Cō-
suetudo que canonicis obuiat institus
nullius debet esse momētū. Idē ha-
betur eodē de cōsue. c. cū venerabilis.
ex de auto. et vsupallij. c. ex tuarum. ex
de offi. archidi. c. cum satis. ex de iura-
mento calūnie. c. ceterū. ex de vitat ho-
ne. cleri. c. cū decorē. ex de statu mona.
c. ea que. ex de cōse. ecclē. c. aqua. ex de
fimo. c. tua nos. et intantū. ex de cōsue-
tudine. c. consuetudinē. li. vi. ex de cen-
sibus. c. q̄p. li. vi. Nec dixisse volui ad
refellendam rep̄mendāq̄ temerariā
excusationē transgressoz diuine legis:
qui semp ad cōsuetudinē querūt sub-
terfugere. Sic faciunt vsurarij: sic mer-
catores fraudulenti: sic mulieres vane:
sic ambitiosi clerici: sic per nomen dei
invanū crebro iurantes: sic blasphemā-
tes deum et sanctos: sic deniq̄ oēs dis-
soluti corde. Qui tanto magis debent
timere iudicia dei quāto vidēt se p̄ con-
suetudinem a peccatis detineri.

¶ Ira dei vicina est: quando peccato-
res nec timent deum: nec de hominib⁹
erubescunt.



¶ Quartum signū ad cognoscē-
dum iram dei fore p̄pinqū
est promptitudo. Qñ. s. tota
animaduersione et prompti-
tudine cōmittūtur peccata
horēda a multis in quolibet statu cō-
suetudinarie et perseveranter sine timo-
re dei et sine verecundia hominū. Quo

me vertam: unde incipiā: an tacere de-
beam. Ube mūdo a scandalis. Nō eru-
bescunt amplius hoīes pecuniam pos-
tere: pecuniam dare in quibus erubet
scendū esset: nō adulterari alia nefan-
da cōmittere publice: non mutare ad-
vsuram: non facere queq̄ turpia. Et in
Licero gentilis o xpiane pessime lib. i.
de officijs ait: Sine verecundia nihil
rectum esse potest: nihil honestum. Et
Valerius lib. iij. Verecūdia est parēs
omnis honesti consilij: tutela solētijs
officioz: magistra innocētie: chara pri-
mis: accepta alienis omni loco: oīe
favorabilē: p̄ se ferens vultū. Et Apu-
leius lib. de deo Socratis. Artes alie
sue scientie possunt ignorari sine erub-
escencia sicut ratio pingendi: saltandi:
sue cantandi: quas vir bonus p̄t sine
vituperatione contēnere. Sed nec bene
viuere nunq̄ audebis dicere sine
pudore. Et Bern. sup cantica. Verecū-
dia inquit sp̄nalis gl̄ia p̄scientie est: fa-
me custos vire decus: sedes virtutū: pri-
mitie laus: nature insignis: totius bo-
nesti. Prochdolor. Pudet dicere q̄ frāt
his tēporibus inuerecūde: impudēt:
elata facie: et cum derisione et contēp-
tu dei. O xpiana religio que omnia muni-
dicie et sanctimonie speculum esse debe-
res: hodie quia verecundia est extincta
facta es turpis et sordida: et tēplum oīs
immundicie et dissolutionis.

¶ De remedijs quibus euitari possunt
iudicia dei. Caplm. m.



¶ Estat hoc loco tertio differē-
dū qualiter dei iudicia pos-
sumus euitare. Inq̄r Biero.
sup Biero. Admirabilis
clemētia dei populos ad pe-
nitentiam inuitat: malens saluare con-
uersos q̄ perdere delinquentes. Itē
eo si voluerimus nobis prouidere cau-
reque a furore dñi: notabimus quatuor
principalia precipuaq̄ remedia.

Primū dr p̄ctoz emēdatio.

Secundū corpoz afflictio.

Tertiū oronū frequētatio.

Quartū sanctorū viroz deuotio.

¶ Qz cessandum est a peccatis vt fugiamus iudicia dei.

Etimū remediū est emendatio pctorū: vt ptores emendantz corrigant deponatqz veterē vitā. Nā si cessante cā cessat effectus: vt dicitur de re num. c. post transgressionē. et ex de ap. pel. c. cū cessante. ex de iureiurādo. c. et si ips. ex de peni. et re. c. cū infirmitas. et l. si. d. c. statimū. S. his oibus. et c. neophitus. et s. q. s. c. qd p necessitate. et s. q. vij. c. qd pro remedio. Si igitur deus flagellat populos ppter pcta: deficiētibz pcta deficiet et plaga. Voc est qd Aug. dixit: Nouit deus mutare sententiā: si tu noueris emēdare delictum. Quēda notant. xij. q. iij. c. vnusqzqz. incommutabilis: et de peni. dist. s. c. no uir dñs. Et yach. s. dixit deus. Euertimi ni ad me et ego conuertar ad vos: dicit dñs. An ad hoc ostensū inuolūū est et plū ezechie: Abst. De illoviqz. iij. Reg. x. narrat qd cū egrotasset ad mortē: uēit ad eū elaias ppha. xxvij. c. di. Dispone domui tue: qz moueris et non uiues. Qui puerit faciē suā ad parietē: fleuitqz fletu magno et orauit dñm: et aqz egredere. Elaias mediā partē arm: factus est sermo dñi ad eā dicens: Reuertere: et dic ezechie. Audini orōnē tuā: et uidi lachrymas tuas. Ecce ego aduocā sup dies tuos quādecim annos. Et qz qd deus reuocat: multoties sniaz cōminatoriā cū peccatores ad illū humiliter conuertuntur.

¶ Qz ieiuniat discipline mitigāt irā dei.

Ecūda remediū quo euadere possumus dei iudicia est corporis afflictio. Et s. corpa castigamus disciplinis atqz ieiunijs: sicut uiri niniuite fecerūt. De qbz Jone p totū clara narrat historia. De his dicit Hiero. lib. ij. contra Iovinianū. Niniue ciuitas magna: irā dñi ieiunioz miseratione retorā. Quam utiqz sodoma atqz gomorra

placassent: si ieiunio patrocināte deus conciliare uoluissent. Cū em audissent niniuite subuertes: nō deriserunt eū: nō spreuerūt vocē eius: s; credētes illi uestiti sunt sacco: et ieiunauerūt: et domus misertus est illorum.

¶ Qz orōnibz et elynis placat ira dei.

Ecūda remediū ad irā dei declinādū dicitur orōnū frequētia. Et fiant elyne et orones assidue: dicatqz vnusquisqz. Ne reminiscaris dñe delicta nrā uel parentū nostrorū: neqz vindictā sumas de pcta nrīs. Bona inqt Tob. xij. est orō cū ieiunijs et elyna. Inducant pueri et puellae: vt uirginē glōsā precant saluentqz reuerenter cum Aue Maria.

¶ Qz intercessio bonorū viroz flectit deū.

Quartū remediū est bonorū viroz et scōz deuotio. Dū em se ppli ptores cognoscunt: inducāt bonos religiosos et spūales viros vt deprecant p illis deū. Qui crebro uota illoz exaudiens: ppos sustinet: et tādē largit grāz: q mediare pūire pnt ad glām. Amē.

¶ De iudicio dei contra angelos superbientes.

Sermo. iij.

Iudicijs dei

distice particulariterqz decetero locuturi: ab illo sumemus iūtiū qd p mū a diuina iusticia factus: oēs doctores scī indubitātē affirmāt qñ. s. angeli mali ppter pcta a celo empyreo pfusibily eieci: p diffinitū sententiāz penis eternis fuerūt deputati. Ad hoc aut bene intelligēdū opus erit de angelica natura aliqua subinferre: quibus intellectis admirari timereqz cogemur ne demonū sectātes uestigia cū illis tādē dānemur eternali inferno. Si em ipi nō peccassent: vna cum beatis alijs q remātere habitaret i delijs paradisi. Sz qz deo imortali ausi sunt fieri rebelles: erulabūt in ppetuū

hb